

Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XXVI. Episcopi Frisingenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](#)

es suorum libellos atque querimonias legit, decernit, de-
creta dicat aut præscribit amantibus ipse nonnun-
quam: summaq; tranquillitate prouinciam suam sine ex-
actionibus & oneribus gubernat.

SERIES EPI- SCOPORVM FRISIN- GENSIVM.

I.

Duus Corbinianus præfuit Episcopatu*m* à se erecto 20.
anno.

II.

Erimbertus frater Corbiniani gessit Episcopatum 28.
anno. Hic consecravit monasterium Degernfee, fuerunt
quod suo anno dicitur Bauariæ suis limitibus à se inuicem
discretae, & Pipinus pater Caroli Magni habitauit aliquot
annis Fruxini in arce Thetmons & tandem anno 747.
construxit ibi Ecclesiam in honorem sancti Stephani, quæ
la bunc vñque diem appellatur Vveichensteffan.

III.

Joseph electus est ad Episcopatum anno 758. præfuitq;
annis tribus.

IV.

Aribo. Egit iste Antistitem annis 23.

V.

Otto, electus anno 782. præfuit annis 30.

VI.

Hirto. Hic translationem sacerorum Bibliorum in ple-
dd dd 3



risque locis corruptam pro omni virili correxit, & consti-
tuit in Ecclesia Vveichenstefan sex Canonicos, gubern-
uitq; Episcopatum annis 24.

VII.

Erchenbertus nepos prioris Hittonis ex fratre, admini-
strauit Episcopatum annis 18.

VIII.

Arnolphus electus est anno 854. ad Pontificatum. Is
ampliauit Ecclesiam cathedralem, mortuusq; est anno 11.
sui Pontificatus.

IX.

Vvalthon. Hic vixit in Pontificatu annis 22. paflaque
est Ecclesia Cathedralis suis temporibus graue incendi-
um, anno scilicet 883. at donatione Arnolfi Imperato-
ris omnia sunt resarcita, constitutumque tunc fuit, vt de-
inceps nullus eligeretur in Episcopum nisi esset Canoni-
cus eiusdem Ecclesiæ, quam legem nec Cæsar nec Rom.
Pontifex infringere potest.

X.

Vtto successor Vvalthonis vixit solum uno anno in E-
piscopatu.

XI.

Dracolpus electus Episcopus anno 898. qui nedum
cathedrali verum & aliis Ecclesiis collegiis noxius fuit,
immenas faciens expensas, exactisq; in officio 28. anni
submersus fuit in Danubio.

XII.

Vvolframus. Hic quantum potuit uno anno, quo pre-
fuit Episcopatu, restaurauit, quæ prædecessor suus dil-
apidauit.

XIII.

Lampertus factus est Episcopus anno 938. functus
officio suo annis 31. Huius tempestate erumpentes Vi-
gari & omnia deuastantes in Austria atque Bauaria, Es-
clusis



& confit
guberne
ce, admini
atum. Ipsi
st anno 11
paflaque
e incend
mperato
uit, vido
Canoni
ec Rom.
no in E
ji nedum
xius fuit,
18. anni
quo pre
uus illa
functio
nes Va
aria, Ec
lesia

Iehas S. Stephani & Viticombusserunt : Ecclesiam verò Cathedralem propter nebulam omnia, obducentem in fullo violare potuerunt.

XIV.

Abraham saevis Episcopus, 37. annis cum magno
commodo Ecclesias sua præfuit.

XV.

Engilbertus Comes Mospurgensis, 34. annis Pontifici
tui præfuit atque ex patrimonio suo non parum eun
tem dedit. Quin & Collegium Canonicorum in Vvei
chenstefan commutauit in monasterium ordinis S. Be
nedicti.

XVI.

Nicerus functus est officio Episcopali annis 14. & Ca
nonicos à Vveichenstefan semotos confirmauit in Ec
clesia S. Viti. Fuit homo saginus, obiitq; subita morte Ra
gnaz.

XVII.

Ellenhardus electus est anno Christi 1053. in Episco
pum fundavitque Collegium Canonicorum apud S. An
dreas in monte Frisingensi haud procul à Cathedrali Ec
clesia. Interfuit iste Synodo Vvormaciæ ab Henrico
IV. contra Hiltprandum Romanum Pontificem cele
brata anno 1076. & exactis 25. annis sui Pontificatus
monius est.

XVIII.

Meginvardus electus est anno Domini 1078. multa
que pallus à Vwelfone, qui Brunonem Augustanum bel
lo fatigabat. Redactis verò rebus in tranquillitatem
protectus est in Bohemiā, vt infideles ad Christi con
verteret fidem, mortuusque est Prague & sepultus, quum
Ecclesia Frisingensi præficiet annis 21.

XIX.

Henticus ab Eberstein episcopali munere functus:
39. annis. Sub eo Vvelffo vastauit ciuitatem Frisingensem: quin & ipse non parum incommodauit Episcopatum quod Henrico IV. adhæreret contra Röm. Pontificem, quare omnia sua bona quæ habuit in Eberstein Gries legauit Episcopatui.

XX.

Otto filius divi Leopoldi Marchionis Austriae fida est Episcopus anno 1138. vir doctus, & qui antea fuit Cancellarius Imperatoris Conradi tertii. Hic interHistoricos ob æditam Chronicam celebris habetur. Vixit Episcopatu 20. annis, habuitq; fratrem Conradum de chiepiscopum Salzburgensem & Episcopum Passauensem. Hic Otto ante obitum suum relecto lituo monachus Morimundensis est factus.

XXI.

Albertus functus est officio pastorali 24. annis. In suo tempore Ecclesia Frisingensis ornata doctis Canonis excellebatq; reliquas Germaniae Cathedrales Ecclesia in diuiniis & preciosis iocalibus, sed orto incendio, vni quasi momento omnia amisit bona. Et quum Albertus Episcopus Ecclesiam suam reædificare conaretur, inuenit in fundamentis corpora sanctorum Martyrum Alexander & Justini.

XXII.

Otto III, vir pius & Canonicus Magdenburgensis, electus Episcopus Frisingen. præfuit illi Ecclesia annis 3. Ipse fabricam Ecclesiæ rursum instaurauit, multaq; boni in eam contulit,

XXIII.

Geroldus electus in Episcopum anno 1210. iuxtaentrem Epitaphii sui, præfuit Ecclesiæ Frisingensi undecim annis, sed sine laude.



XXIV.

Conradus Toltzner non parum profuit Episcopatu*m*
Frisinge*n*, quin & ex patrimonio suo quatuor instituit
Canonicos in Sacello sancti Pauli. Fuit autem vna cum
Rudigeru*m* Episcopo Patauiensi captus a Friderico Duce
Austriæ, & Viennæ diu in captivitate detentus. Vixit in
Pontificatu annis 27.

XXV.

Conradus II. Vvildgrasensis præfuit 20. annis Cathe-
dræ episcopali.

XXVI.

Fridericus Montalbanus factus est anno 1278. ex Prä-
polo Episcopus, mortuus anno octauo post electio-
nem.

XXVII.

Emicho Comes a Mosburg & vir sanctus electus in E-
piscopum, viginti nouem annis Præsulem egit, mortuus
Viennæ anno Domini 1315.

XXVIII.

Conradus III. Monacensis Doctor Canonum factus
Episcopus, instituit Ecclesiam Johannis Baptistæ & sex
Canonicos vna cum Präposito in ea. Anno septimo suæ
administrationis veneno est sublatus.

XXIX.

Goffridus Decanus Ecclesiæ Frisingensis factus Episco-
pus, tribus annis Pontificatum gessit. Ipse instituit Sacel-
lum S. Trinitatis & aliud Sacellum S. Catharinæ.

XXX.

Johannes Doctor Canonum & Canonicus Bamber-
gensis atq; Brixensis, postulatus Episcopus Frisingensis,
quinq; dumtaxat septimanis officio functus est.

XXXI.

Conradus IV. a Clingenberg electus ad Episcopatum,

ddd 5

magna illi contulit dona, præsertim infulam preciosam & argenteam Crucem. Vngari & Bohemi suo tempore perfecti contra Imperatorem Ludouicum IV. milite petriderunt Bauarium & diœcesim Frisingensem.

XXXII.

Johannes secundus Medicus doctus, obtinuit Rom Episcopatum anno 1337. absensq; 12. annis possedit.

XXXIII.

Albertus Comes Hohenbergensis, Doctor Decretorum, translatus est per Clementem VII. ad Frisingam, sed ptemque annis Episcopum egit. Ipse in propria persona fuit in expeditione cum Alberto Duce Austriae contra uitatem Tigurensem.

XXXIV.

Paulus electus fuit anno 1359. hic multa qua erant Episcopatus vendidit & impignorauit, rursumq; redemit, mortuus 19. anno sui Pontificatus.

XXXV.

Leopoldus difficulter propter schisma Rom, Pontificum confirmari meruit, triennioq; exacto Lackis ex parte in subiectum fluuium cadens submersus est.

XXXVI.

Bertholdus Yvechingensis, i. Viennæ, scholæ cretus Magister, electus fuit anno 1381. in Episcopum Frisingensem. Huius temporibus index ciuitatis Frisingenæ volens Ludouico Duci Bauariae prodere ciuitatem, Ludouicoq; iam expeditionem mouente contra ciuitatem, index in scelere suo adeo attonitus est & obriguit, ut ne pedem mouere de loco posset. Vnde deprehensus & crenam confessus in foro ciuitatis capititis amissionem patitur. Iste Episcopus egit bonum patrem familiæ, instaurauit omnia contra quæ habet diœcessis in Austria, Carinthia, Stiria & Carnia. Auxit quoque Canonicis præbendatum prouentus. Et mortuus anno administrationis suæ 30. in Austria, reliquit mitram pontificalem, nimis preciosam, quam viuens affabre fieri procurauit. Ap-



equi & heredes eius illam surripientes, Abbati Melacen-
tempore pre-
vididerunt pro 4200. Ducatis Vngaricis.

XXXVII.

Degenhardus à Vveix Præpositus Mosburgen. fuit elec-
tus anno Domini 1410. in Præsulem Frisingens. Cum
que Conradum Episcopum Gurensem æmulum patere-
tur qui & ipse pro Episcopatu Frising. laborabat, anno 3.
furegimini Lactis fuit miserè interfactus, atque post 20.
annos tum primum innotuit latrocinium ipsum. Siqui-
dem antea infamauerant latrones Episcopum, quod libi-
tumanus intulisse.

XXXVIII.

Hermannus Comes quidam electus in Episcopum,
tus grauiter 9. anno obiit.

XXXIX.

Johannes III. Grienenvvalder dictus, factus est Epis-
copus anno 1422. Fuit autem Doctor Decretorum &
Theologus, restitutusque Johanni Hus in Concilio Con-
suniensi. At paulò post Nicodemus de Scala consenti-
tute Martino quinto se ingerens Episcopatui, excluso
Johanne viginti annis potenter illum retinuit. Eoq; mor-
to, Grienenvvalderus rursum obtinuit Episcopatum,
primumq; decem annis.

XL.

Johannes IV. Tulbec dictus, primum præpositus ad S.
Vicum & plebanus Monacensis, factus est anno Christi
1433. Episcopus, administransq; Episcopatum 20. annis,
relinquuit illum Cancellario suo Sixto Tanbergensi.

XLI.

Sixtus Tanbergensis factus est Episcopus anno Domini
1473, institutusque 12. Chorales, torpori Sacerdotum
confusus. Natum est etiam graue dissidium inter ipsum
& Ducem Bauariae Albertum, parumq; absfuit, quin Dux
in grauem Imp. incideret indignationem. Tandem anno
Christi 1495. mortuus est Episcopus in Comitiis Vvo-
maciensibus, id quod ei prædixerat fatuus eius.

XLII.

Rupertus Palatinus Rheni electus est Episcopus post mortem Sixti, sed quia nimis iuuenis adhuc erat, dispensatione papali Episcopatus Philippo fratri eius seniori anno 1499. est collatus. Rupertus autem accepit vxorem filium Georgii diuitis Ducis Bauariæ. Præfuitq; Philippus Episcopatui usq; ad annum Christi 1540. Factus est quoque idem anno 1517. Episcopus Naumburgensis in Misnia.

XLIII.

Hentius Comes Palatinus, administrator diocesis Vvormaciensis, & Præpositus Elvvangensis, post Philippi fratris mortem factus est Episcopus Frisingensis, quidam hoc tempore quando hæc scribo Episcopatui præsider.



E P I S C O P I

VVARMIENSES EX BO RVSSIA SCHVTZENII.

I.

Anshelmus Frater Ordinis Teutonici, factus postea Franciscanus monachus, & à Papa Innocentio IV. ad Infideles Christo lucrando in Borussiam missus, vbi & Episcopus electus est, anno 1243. Sedem habuit Brannbergæ; inde factum est, ut Episcopi Braunsbergenes decerentur. Fundauit ibi templum S. Andreæ anno 1262. ibiq; sedecim Canonicos & quatuor Prælaturas instituit. Sed yrbe ab Infidelibus vastata & direptâ, Elbingam contulit, vbi grandissimus decessit, in arcis templo sepultus.

II.

Henr.